

Magistros item & Baccalaureos
liberalium artium, ac philosophia,
nec non Poëtas Laureatos, creare,
promovere, ordinare, constituere
ac facere: Adhibitis tamen in cu-
iuslibet Doctōris, Licentiati, Ma-
gistri, Baccalaurei creatione, Do-
ctōribus eximiis de professione
creandi ad minus tribus, qui cre-
andum examini subiiciant, ac ei
quem sic idoneum invenerint, suffi-
cientemque comprobaverint, ve-
stram auctoritatem interponendo,
Doctōratus, Licentia, Magisterii,
aut Baccalaureatus, & Laurea
Poëtica Insignia (ut moris est) cō-
ferre: Qui quidem Doctōratus,
Licentia, Magisterii, Baccalau-
reatus, vel Laurea Poëtica titulo

E 2 per